Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



43

restaurationis assumite. Expellite tristiciam concupiscen
tis. gemitu parturientis aspicite. ut solus uobis iste filius uir
ginis dominetur. Venite uirgines ad uirginem. uenite con
cipientes ad concipientem. uenite parientes ad parientem.
uenite matres ad matrem. lactantes ad lactantem. uenite
iuuenculae ad iuuenculam. Ideo omnes istos cursus uirgo ma
na in dno nro ihu xpo suscepit ut omnibus ad se confugien
tibus feminis subueniret. et sic restauraret omne genus fe
minarum ad se uenientium noua eua seruando uirgini
tatem. sicut omne genus uiri. adam nouus recuperat dns ihc
xpc. qui cum patre et spu sco uiuit et regnat in secla n

FRIS DILECTISSIMI HOMILIA. De eq supra.

Dies illuxit in quo xpc ex uirgine carnem suscepit. humilitatis uolunt induere forma ut a peccatis liberaret animas nras. Transgressio illi primi hominis totum decceperat mundum. ut nullum esset salutis remedium nisi xpc adueniret de celo. Gaudebat tetrrimus draco. quia uenenum pparauerat homini nouo. Sed ad hoc descendit xpc in uterum uirginis ut ex inde humana susciperet membra que traderet cruci. et mortem induceret antiquo draconi. Visus enim fuerat diabolus malo consilio ut per serpentem mulieri loqueretur. et diabolus non agnosceret. si hinc ad nichilum redegit illum qui de celo descendit. ut ds di filius humanum suscipiret corpus tendens ei laqueum mortis per uisionem uidel